

perio erat **Commodus**, quem tamen pater genuerat & pius & **Philosophus**? In tantâ felicitate (de *Sulla Felice* ita dicit *Cicero* pro *Sext. Roscio Amerino*) nemo potest esse in magnâ familiâ, qui neminem neg<sub>z</sub> servum neg<sub>z</sub> libertum improbum habeat. Consultò forsitan uxorem ejus præteriit, quia tum Athenis non declamabat, sed Romæ. Et econtrâ (lib. III. de LI. §. 24.) Quod est tām desperatum collegium, in quo nemo ē decem sanā mente sit? Nec ipse quoque illud difficitur **Hieronymus** (epist. CLV. ad *Pauillam Urbicam*) disciplinæ puellaris, domesticæ atque monasticæ severissimus aliás exactor, *Saluta reliquum castitatis chorū*, & domesticam tuam ecclesiam, cui omnia, etiam quæ tuta sunt, timeo, ne dormiente patrefamil. inimicus homo zizania superseminet: *Quamvis enim dicere audeant, Ego civitas firma, civitas quæ non oppugnatur, Nullus hostili obſidente exercitu securus est; nemo, ut beatus Cyprianus ait, satis tu- tus periculo proximus.* Nempe idem timuit sanctus Pater, quod sanctus timebat Apostolus II. Cor. II. 3. *Augustinus* iterum etiam (epist. CLXII.) ad *Glorium &c.*: Tolerat *Aaron* (multitudi- nem idolum exigentem & fabricantem & adorantem: To-lerat *Moyses* adversus Deum tot millia murmurantia & totiens offendientia sanctum nomen ejus: Tolerat *David* Saulem persecutorem suum, sceleratis moribus cœlestia deserentem, magicis artibus inferna quærentem, occisum vindicat, Chri-stum etiam Domini propter sacramentum venerandæ un-ctionis appellat: Tolerat *Samuel* nefandos filios Heli, per-versos filios suos, quos populus, quia tolerare noluit divinâ ve-ritate accusatus, divinâ severitate correptus est, tole-rat denique ipsum populum superbum contemtorem Dei: Tolerat *Ezaias*, in quo stām multa vera crimina jaculatur: To-lerat *Jeremias*, à quibz tanta perpetitur: Tolerat *Zacharias* Pharisæos & Scribas, quales illo tempore fuisse Scriptura te-statur. Scio me multos prætermisisse: legant qui volunt, le-gant